Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Periegesis - Cod. Karlsruhe 442

Priscianus

[S.l.], [10./11. Jh.]

Exzerpt

urn:nbn:de:bsz:31-46219

Visual Library

partes orationis sunt octo · nom̄ · pronomen · uerbū · aduerbiū · partici
piū · coniunctio · praepositio · interiectio · Querere ergo quidā solent
quid sit pars ; Cui propositioni uulgaris traditio · respondendo dicit · Pars
est sectio · siue diuisio · seu parilitas · siue particio · aut distributio · aut aliud qđ libet tale ·
Contra tamen querere quis pot̄ quid significat · pars utrū corporalē an incorporalē rē · an
utrāq; · Ad qđ sicut dū qđ sepissime orbem terrarū distributū partium uocabulo exprimimus ·
Dicentes tres ē partes mundi asia europa · africa · in his autē · ac similibus · nemo ē tā sanus aut
demens · qui dicere p̄sumat · partē ēē incorpoream · Praecipue igitur pars · in rebus corporeis
ponitur · Sectio autē siue diuisio et cetera talia · que nuper pretulimus · incorporaliū rerum uoca
bula sunt · Quid ergo insanius ē · quā rē incorporē adducere · ad rē corporeā exponendā · Cer
tū ē enī quia pars · maxime corporis n̄ totius nomen ē · Sectio autē atq; eī similia uocabulū
rei incorporeę ē · Querere adhuc quis potest · quid sit pars · hoc ē utrum faciens an facta
et ut dicā · creans · an creata · operans · operata · An ipsum dici potest de eo qđ ē sectio · et si
milibus · Ad qđ respondendū ē · quia sectio seu diuisio · operat̄ recessum partium · Nisi enī
diuisio operaretur · et totū distribueret in partes · omnino factę partes nō essent · Aliud igi
tur est procreans · atque aliud procreata · Et ideo diuersa inter se uidentur ēē · pars et
diuisio · Quantū enī distat · operans · ab operata re · et faciens a facta · tantū diuisio et sectio
a diuisa et secta parte recedit · Et idcirco nō satis acute uidetur in expositione facte
partis · facientē diuisionē poni · Parilitas autē quidē · aliud nisi equalitas · equa
litas autē dinoscitur in relacione · Verbi causa · binarii · binario · Ternarii ternario
et similiū · Si uero uerbi causa · binarius ternario · aut quinario · Si uero reliquis talib; ·
omnino nulla equalitas inuenitur · peruerse ergo exponit partē · Qui dicit eā ēē a pari
litate · P̄terea · ut diximus in prioribus · Quantum corpus ab incorporea · Tantū pars
a parilitatē distat · Restat ergo denuo querere · Quid sit pars · uidelicet utrū propriū
subiectū · An de subiecto · An in subiecto · quicquid enī proferimus · ut unum unum ex his
tribus sit · necesse est · Ad qđ dicendū · quia pars precipue in subiecto ēē dinoscitur ·
Queri tamen iterū potest · Quā de his speciebus que in subiecto fiunt speciem · retinet pars ·
Ad quod dicendū · Quia quantitatis nomen ē · quantitatis autē quot sunt species ·
duae · Omnis enī quantitas aut distributa ē · aut continua · distributa autem
quantitas · in grege · caterua plebe populo · Et reliquis talibus · collectionibus in
quib; singula quęque in actum et finē p̄prie habere uidentur · continetur continua ·